



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

46 Haereticus ab Episcopo, vel Inquisitore sine speciali facultate absolvi
non potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

detegeuntur, sunt omnia opera, per quæ de-
viant à communi vita, & conuersatione fi-
delium, aut ab Ecclesiæ probatis ritibus,
& consuetudinibus, aut à receptis patrum
doctrinis, & præceptis, quæ communæ
magis, quam privatos mores respiciunt,
aut hæretum inducunt, aut hæretis suspi-
cionem, sicut est circa aras idolorum ne-
farias preces emittere, sacrificia offerre,
dæmones consulere, eorum responsa susci-
pere: vel assitant sibi hæreticos propter
fortes exercendas, ut faciant prædicta
cum corpore, vel sanguine Christi: vel in
litteris, ut possint habere responsa, pue-
rum rebaptizant, vel his similia, de quibus 45
in cap. igitur, 26. quæst. 4. gloss in cap. ac-
cusatus, §. sane, in verb. saperent. de heret. in
6. & Pegna in eodem comment. 24. in fin.
Et quounque casu dictatum suspicio-
num, exceptis his, qui purgatione ca-
nonica aboliri possunt, ex supra de-
ductis, sunt ad abjurandum condem-
nandi.

42 Abjuratio † enim est solemnis hære-
sum detestatio cum assertione catholicæ
veritatis, & obligatione, juramento, & po-
ena injuncta permanendi in fide Christiana,
cap. ego Berengarius, de consecr. dist. 2.
cum alijs allegatis per Pegna in eod. Direct.
Inquisit. par. 3. comment. 40. vers. est autem
abjuratio.

43 Usus † abjurationis salubriter fuit insti-
tutus ob continuas frequentesque hæreti-
corum fraudes, & intercedentias; ut ab-
jurationis rubore adacti, & quasi vinculo
constricti, & alligati, cogarentur sub vin-
culo juramenti, & formidine temporalis
pœnæ, in catholicæ Ecclesiæ unitate per-
manere; ne liberum eis esset, impunè quo-
des vellent recedere, ac Ecclesiæ delu-

dere; ut constituit Leo I. epist. 48. ut refert
Conrad. Brun. lib. 3. de heret. cap. 6. & Pe-
gna eodem comment. 40. vers. fuit verò
olim.

44 Abjuratio † autem est quadruplex, de
levi, quo ad eos, qui nolunt, vel non pos-
sunt canonica purgatione levem suspicio-
nem abolere; de vehementi, quam facere
tenantur, qui vehementer sunt suspecti; de
violentia, quam violenter suspecti abjurare
sunt condemnandi; & de formalis, ad quam
formales, & verè hæretici admittuntur, Pe-
gna eodem comment. 40. vers. abjurationem
hanc.

† Omnes enim hæretici non relapsi, si
resipiscant, & ab errore resiliant, ad mi-
sericordiam, & abjurationem sunt admit-
tendi, cap. ad abolendam, §. presenti, extr. de
heret. sed diversis penitentiis, & pœnis
plecentur.

Quoniam, qui, ut hæreticus, errorem
suum agnoscit, sponte ad Ecclesiam redi-
endo, antequam sit accusatus, vel denunci-
atus, poterit de jure communi ab Episco-
po, vel Inquisitore ab excommunicationis
sententia, qua fuerat innodatus, absolvi, &
ut officium in princip. de heret. in 6. Direct.
Inquisit. 3. par. quæst. 92. & Concil. Trid.
cap. 6. de reform. sess. 24. Ubi non tamen
Vicariis Episcoporum est permisum, sed
quod nec Episcopi occultos hæreticos in
foro conscientiae amplius virtute concilij
absolvere possint, nec Inquisit. imo, quod
nullus praeter Papam, & ita fuisse Romæ
resolutum a Pio V. die 10. Junij 1568.
refert congreg. fact. concil. ut in decis. super
cap. 6. de reform. sess. 24. sub tit. Valentini. &
tenet Navar. in Manual. confess. cap. 27.
numer. 275. & clarissimus Pegna in eodem Di-
rect. Inquisit. par. 3. ubi quodd. in supremo
Prato.

Pratorio sancte, & generalis Romanæ Inquisitionis lèpē pronunciatum est, non posse, nec debere Episcopos amplias virtutem concilij absolvere occultos hæreticos in foro conscientiæ, *consim. 141. circ. fin.* Obstat etiam Bulla Coenæ Domini quotidianis legi solita, in qua absolutio hæretorum soli Papæ est reservata, & eum sit decreto sacri concilij posterior, ultima derogant prioribus.

47 Suspectos † autem de hæresi, ut sunt blasphemias hæreticales proferentes, & alia committentes, quæ levem, vehementer, aut violentam suspicionem inducunt, poterit Episcopus, & ejus Vicarius generalis legitima facultate suffultus, in foro conscientie tantum absolvere, ex dispositione sacri concil. *dict. cap. 6. de reform. sess. 24.* Quia, cum excipiant tantum hæreticos, ab omnibus aliis casibus occultis absolvere possunt, quoniam exceptio firmat regulam in contrarium, *t. nam, quod liquida, § final. 1 respns. ff. de pen. leg.* & suspectus non dicitur hæreticus, *c. accusatus, in princip. de hæret. in 6. & P. decis. 400. lib. 2.* Cùm enim hujusmodi non sint hæretici, non comprehenduntur sub reservatione facta in odium hæretorum. *Sanct. Antonia. 3. par. tit. 12. c. 15. Silvest. in ver. hæresis, 1. quest. 9. & Tab. in ver. hæreticus, numer. 2.* Qui verò citati, carcerati, & causa cognita, hæretici sunt declarati, non relapsi, ad abjurandum semper admittuntur. Et regulariter pœnitentes ad misericordiam sunt admittendi jux. *cap. adabolendam, §. present, ext. de hæret.*

48 † Si vero noluerint redire ad agendum condignam pœnitentiam, curiae seculari sunt tradendi, à qua pœnae ultimi supplicii, nisi resipiscant sunt plectendi. *Pegna in 9.*

par. Direct. Inquisit. comment. 146. vers. 18. terum in h. sc.

49 Si vero † aliquis sacerdos in eundem errorem incidit, est à suis ordinibus degandus: & inde perpetuo carceri tradendus, *cap. quoniam, de hæret. in 6. & Direct. Inquisit. par. 3. de decim. mod. term. process. finali* aliasque plures pœnas incurrit.

50 Primo, † clericus est incapax beneficiorum, ita quod collatio facta clericis hæretico est ipso jure nulla. *Lambert. de jur. patern. par. 1. art. 6 qu. 9 princip. & Pegna 3 par. Direct. Inquisit. comment. 162. vers. ad hoc collatio, & pœnam privationis incidit ipso jure, ut iuconstitut. P. V. Si de protegendis, in Bull. Rom. cap. 43. §. quod porrò.*

51 Secundo, † si labatur in hæresim, & spoliatur beneficio, non restituitur; quia illi obstat exceptio hæresis, *gloss. in c. quo jure, in ver. nam jure, circ. med. 8. dist. Abb. in c. inter dilectos, numer. 11. de excess. prelat. & Diaz. pract. crimin. c. 106. vers. secundus quod.*

52 Et ea est ratio, † quia hæretorum beneficia vacant ipso jure, licet requiratur vacationis nunciatio, *c. ut commissi. §. privandi, de hæret. in 6.* Et expreſſe, quod hæretorum beneficia ipso jure vacent, decrevit Greg. XIII. *ut in Bull. Roman. cap. 68.* & à die commissi criminis beneficiis sunt ipso jure privati, Pius V. *in litteris incipientibus, cum ex Apostolatus, circa finem Directoriū impressu à Pegna relationis eidem Direct. comment. 162. vers. postremo, par. 3.*

53 Ideò † post commissum delictum non poterit hæreticus beneficiatus renunciare, *Diaz. in dict. c. 106. circ. princ.* nisi ante tenti-